

Nonne scriptum dicit quia ex semine dauid & de boch
 leem castello ubi exierat dauid xps uenit. **D**issensio
 itaq; facta est in turba propter eum. **Q**uidam autem
 ex iudeis uolebant apprehendere eum sed nemo misit super
 illum manus. **V**enerunt ergo ministri ad pontifices &
 phariseos & dixerunt eis illi. Quare non adduxistis
 eum. responderunt ministri. Numquam sic locutus est
 homo sicut hic homo. Responderunt ergo eis pharisei.
 Numquid & uos seducti estis. numquid aliquis ex prin
 cipibus credidit in eum. aut ex phariseis. sed turba haec
 quae non nouit legem maledicti sunt. Dicit nicodemus
 ad eos. Ille qui uenit ad eum nocte qui unus ex iudeis
 est. Numquid lex nra iudicat hominem nisi audierit
 ab ipso prius & cognouerit quid faciat. responderunt
 & dixerunt ei. Numquid & tu galileus es. scrutare
 & uide quia propheta a galilea non surgit. Et re
 uersis sunt unusquisq; in domum suam. Ihs autem proxi
 mus in monte oliuae & diluculo tertio uenit in templum
 & omnis populus uenit ad eum. Et sedens docebat eos.
 Adducunt autem scribe & pharisei mulierem in adulte
 rio deprehensam & statuerunt eam in medio & dixe
 runt ei. Magister haec mulier modo deprehensa est
 in adulterio. In lege autem moyses mandauit nobis
 huiusmodi lapidari. tu ergo quid dicis. haec autem
 dicebant temptantes eum ut possent accusare eum.
 Ihs autem inclinans se deorsum digito scribebat in ter
 ra. Cum autem persequerentur interrogantes eum erex
 it se & dixit eis. Quis sine peccato est. uerum primus in
 illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribe
 bat in terra. Audientes eum unus post unum exiebant.

